Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35484
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

dines. nec plures fuissent eciam si illi qui ceciderunt perste
tissent. mouentur lectores quomodo scriptura dicat
demonum ordinem compleri ex hominibus. ¶ Solo. Ne ex
fore tali sensu dictis accipi solum illud potest. De hominibus restau
rabitur quod ruina angelis lapsum est. de quibus tot corruerunt
unde possit fieri .x.us ordo. Non tamen minus saluaretur homo
etsi angelus non cecidisset. Non enim iuxta numerum eorum qui perste
terunt. sicut quidam uolunt uelle probans premstatuit terminum
populorum etc. sed eorum qui conuiuerunt homines ad beatitudinem
admittentur. ut quidam dicunt. Quidam uero putant quod
homines replentur iuxta numerum angelorum qui ceciderunt.
angelus Aliorum opinio quibus Augustinus consentire uidetur in enchiridion tamen
dubitando. ¶ Quidam tamen utramque opinionem saluare uolentes dicunt
tot homines saluandos quot angeli sunt creati. ita quod post iudicium generale unus
erit paries ex angelis et hominibus. angelorum lapsorum numerum supplentibus. et alius
paries erit ex solis hominibus numero equalibus angelis et hominibus alterius parietis.
Quidam non dicunt quod in locum lapsorum soli homines uirgines succedant. quod tamen
non inuenitur in auctoritate expressum. **Utrum omnes angeli mittantur.**
Sic eciam inuestigandum est. utrum omnes illi celestes
spiritus ad exteriora nunciandia mittantur. Qui
dam putant aliquos esse qui foras pro officio exeunt.
alios qui semper intus assistunt. Quidam autem asserunt
omnes angelos mitti. unde apostolus. Omnes sunt admi
nistratorii spiritus in ministerium missi. ¶ Sed inter hos quidam
dicunt quod omnes mittuntur ad nos. sed superiores mittuntur ad medios. medii ad
inferiores. Sed alii melius dicunt. scilicet quod omnes mittuntur ad nos. quia seraphin
faciunt nos ardere. cherubin docent nos iusticiam. throni iudicium. nec
mirum si omnes mittuntur cum creator omnium ad inferiora descendit. ¶ Hic
oritur questio si omnes mittantur. quare unus tamen inter .ix. ordi
nes angelorum nomine censetur. ¶ Ad quod quidam dicunt.
omnes quidem mitti sed aliquos sepius et quasi ex officio
sibi iniuncto qui proprie angeli nominantur. alios uero
rarius mitti scilicet maiores. causa ex .i. super communem dispensacionem
aborta. ut incarnacio. Qui in cum angelorum ministerium